

CONCILIVM PROVIN. COLONIEN.

De eruditione ordinandorum inquirendum. Cap. XX.

DE eruditione quoque & scientia disquiret, ne statim a stiva ad ecclesiastica munia, confugiatur. Per prophetam dominus dixit: Quonia tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris in ihi. Substantia siquidem sacerdotij, sunt eloquia diuinitus tradita, vti Dionysius ille magnus appositè dixit: Quae vero in parochis, quam in ceteris eruditio requirèda sit, post dicemus.

Dionysius,

Videndum quo affectu ad ordines accedatur.

Cap. XXI.

Quo denique affectu ac proposito accedant ordinandi, videndum, accurateque investigandum est. Num videlicet dei causa tantum, an potius suae communitatis gratia ad ordines capessendos aspirent, quaerentes quae sua sunt, non quae Iesu Christi. Quid enim est sua quaerere, & non quae Christi sunt, nisi cum tales non gratis deum diligunt, non deum propter deum quaerunt, temporalia commoda sequentes, lucris inhiantes, & honores ab hominibus expectantes. Quisquis ergo talis est, non dei filius, nec ouili Christi idoneus pastor futurus, sed mercenarius est. Vbique deus hominis intentionem & mentem spectat, quam Christus in Euangelio lucernam corporis atque oculum vocat. Qui si simplex fuerit, totum corpus lucidum erit. Sin autem fuerit nequam, totum corpus tenebrosum erit. Quare si lumen (quod in initiando est) tenebrae sint, ipsae tenebrae quantae erunt.

Phil. 2

Aug. 8. q. 1. c
Sunt in ecclesia

Matth. 6

Quanto temporis spatio, ante maiorum ordinum receptionem, initiandi se praesentare debeant. Item, & quid initiandi tum secum allaturi sint. Cap. XXII.

VT autem hic animus Vicarijs nostris in pontificalibus eo exploratior sit (neque enim qualicumque assertionem statim tuto creditur) operae pretium existimamus, vt qui ad sacros (quos vocamus maiores) ordines capessendos aspirant, quatuor temporibus, vt vocant, quae tempus impertitionis eiusce modi ordinum proxime praecedunt, Vicarijs nostris in pontificalibus sese representent, qui eos (quemadmodum diximus) rogabunt, quid eos huc per moueat, an expenderit, quid in hac vocatione prestare oporteat, an huic vocationi se sentiat posse respondere. Et speret se adiutore deo continere posse ac velle. Item, an affectu carnis huc ducant, vt videlicet in otio & suauiter viuunt, opes ne & honores parerent. Admoneant quoque vt bene seipsum explorerent, excutiantque, ne cum ad capiendos ordines reuerli fuerint, spiritum sanctum fraudenter

Eo ipso etiam tempore ordinandi, testimonium vitae ac conuersationis se cum adferent vt Vicarij nostri in pontificalibus, cum ex responsione, tum vita praecedente colligere possint, an admittendi videantur. Et nunc referat diligentius de vitae testimonio, ante appetens ordinationis tempus inquirere.

Quale testimonium adferendum. Cap. XXIII.

Qui